

## **Academia Peccatorvm. Seu Conciones De Tota Parabola Prodigi Euangelici**

Qvae Poenitentia Peccatorvm Sev Conciones De Prodigii Evangelici Redity  
Ad Patrem

**Bosquier, Philippe**

**Moguntiae ; Coloniae, 1615**

3. Quomodo Prodigus tandem pugnam inierit cum Satana, conuersus ad  
Deum.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55940](#)

moliuntur fraudes contra animā suā, Stipēdia peccati mors.

## III.

Quomodo Prodig est andem pugnam inierit cum Sa-  
tana, conuerjus uia Deum.

**S**i vñquam dilectissimi sc̄l ceteri aliquis contra Dū  
bellum incēpit cruentum, fūsōfam, diuturnū ;  
ille certe nō st̄t Prodigus : q̄ ii à iauentute sua sub  
Diaboli signis miles ascri, tu, dixit patr̄ : Age pater,  
huc loculos. *Dixit adolescentior ex ilis patr̄: da mihi &c.*

Accepta bursa statim ad libertat̄ s regna cū illa pro- *Iob.*  
fugit, ibique bonum diem egit; mensam habens  
à tergo, focum à fronte, amicam ex latere à dextris &  
sinistris, nocte in comedionibus, die in plumis: nō-  
dēm verterunt in diem, ac uno verbo lepide viueus, to-  
tū se dedit voluptatibus, viuendo luxuriose, habet cō-  
textus. Cogitate dilectissimi quorū p̄ccata sub verbo, *Eccle. 2.*  
luxuriose, conineantur. Omnia qua d̄siderauerunt oculi  
mei, non negauī eis, nec prohibui cor meū quin omni volu-  
ptate frueretur, dicere posset cuius. Si omone. Atque ita  
creaturarum & mulierum deditus amoribus, magnū  
suo reatōrī bellū mouit. Sed Deo laus, bona de illo  
audite noua, in se autem reuersus, id est retrahens se ab  
hac pugna, soluēs baltheus, seruitur q̄ e Diaboli,  
fugiens signa, ac abiiciens & spoliāns se iis quae con-  
gellerat, desertis partibus aduersis reuersus. Multū præ-  
stū, quamuis ad se tantum a hunc reuersus: suspē-  
dens ex parillo arma & domi sua quasi neutralem se  
continens. Initium enim amicitiae est, contra partem  
illam quam impugnaceris, non amplius signa sequi  
inimicorum: & amicitia quēd inest nō esse iactum  
nec ullam exercere hostilitatem. *Qui enim non est ad-*  
*uersum, pro vobis est* dicit Dominus, sed amplius hic  
dicitur quod sic reuersus contrase, id est inuerso sagu-  
lo, aliam recepit militiæ tesseram, alium colorem.

*Marci. 9.**Virg. 2. AE.*

*Mutemus clypeos, Danaumq; insignia nobis Aptemus. neid.*  
Aptemus, dicit quidam. Siue ut clarius dicamus, ab-  
dicata quā securus erat militia, ad partes se contulit  
oppositas; factus latino nomine miles transfuga, adie-  
cit enim se hosti, obuertēs caput & mucronem anti-

quis commilitonibus, secum pugnans etiam ipse.

*In sua victorie conuersus viscera dextra.*

*Lucan.lib. I.*

Audax facinus, quod in mundo si deprehenditur, capite plectitur. Sed quid nobis haec parabolatio in peccatoris opere inserviat. Quantum nesciatur, nihil aliud quam perfectam conuersationem, quae consistit primo in deserendis, quae male amariis, secundo in amando quae male oderi. *Auertis ac non mutabili bono, & conuerri ad bonum incommutabilem.*

Tertio in satisfactione, & quantum possibile in demolitione eorum quae per peccata male struxeris, & tandem in reædificatione eorum quae forte destruxeris. *In se reuersus.* Dicere vult peccatorem deseruisse militiam Diaboli & carnis, quam pro se educebat in auxilium, contra Deum; ac adscriptus inter Deistulos, spirituales milites, ratione contra Diabolum & carnem militatus, quod antea horrebat: a castris & obsequiis Diaboli, contra Deum, rationem, & Spiritum, translatus ad castra & obsequium Dei, & redi rationis; cōtra Diabolum, carnem & sensualitatem. *In se aut contra se reuersus* indicat, quod quasi cum S. Augustino retractationes fecerit primatum opinio num, ac mutata sententia, priores suos errores impugnet: vel quod cum ante putaret neminem nimium se posse amare, stultitiam esse & barbarem crudelitatem ferre crucem: mutauerit modo animum, dicens cum Christo qui amat animam suam perdet eam, & qui odit animam suam in hoc mundo, in viam eternam.

*D. August.* stodit eam. Si bene oderis tunc amasti.

Vel quod, cum hactenus totus pro carne sua setis set, pro sua sensua iustate, contra spiritum & rationem, in seruitutem volens redigere eos qui ad imperium natii erant, & facere dominas quae servire debebant. hostis factus sit carni, amicus spiritui & rationi. *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo.* Vel quod cum hactenus deperisset mulierculas, & quae voluptate augerent, nihil gustans rerum divinarum, cum probasset vitam voluptuariam, detestatus duram viam crucis & mortificationis (*quia propter te mortificamur tota die,*

du, estimati sumus sicut oves occisionis) exinde iam odisset  
feminas, amena omnia, & nusquam nisi in Deo oble-  
baretur: de testans voluptates carnis, commendans  
studia, veramque philosophiam, maxime Christianam;  
quaenam nihil docet quam se mortificare, crucem portare. *Plato in  
Tota enim Philosophorū viii, Platonis sensu est iugis com- Phadone.*  
mentatio mortis (sensuum sc.) Execrabantur vitam a se  
transactam, vellens capillos, tundens pectus, ac gra- *Hieron. ad  
uer se incusans. Dimittam aduersum me eloquium Heliod.*  
num: Peccatum meum contra me est semper. *Dixi, confi- Cic. I. Tusc.*  
ubor aduersum me iustitiam meam.

Heu! que me tellus, inquit, que me aquora possunt

Accipere? Aut quid iam misero mihi denique restat?

Vidi tam iuuenem premeret cum senior atas,

Mōrentem stulte praeeruisse dies.

O! mihi præteritos referat si Iupiter annos.

Vel qui ante carni quicquid lubebat quam primū *Colon. Virg.*  
indulserat, venundatus ad mundana, ad superflua; 2. *Eneid.*  
iam surda præterit aure, nec satis quidem attendit *Tibul. lib. I.*  
necessaria; claudit velatque oculos ne quicquam vi- *Elegia 4.*  
deat; sepit aures spinis, ne quicquam audiat; clau-  
strum iniicit ori, ut nec virtuosa aut otiosa, imo nec  
necessaria, loquatur. *Linguis loquentur nouis: si caro*  
*sibylla postulat industria, iniicit cilicia; si querit de-*  
*licias, imponit ei crux; ac semper dat contraria*  
*inordinatis appetitus.*

Sapiens filius, imperiosus

Quem neq; pauperies, neq; mors, neq; vincula terrent, *Horat. Sa-*  
*tyr. lib. 2.*  
Responsare cupidinibus, contemnere honores,

Fortis: Bellum subit pro spiritu & ratione contra  
carnem. Vel qui membra sua iniquitatis fecerat orga-  
na, iam iustitiae & bonorum operū facit instrumenta.

Iam exhibuitus membra vestra seruire immunditie, *& Rom. 6.*  
iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra ve-  
stra seruire iustitiae in sanctificationem.

Vel qui antea alienæ semper insidiabatur pudici-  
tate, scandalisans alios, seducens, corrumpens; modo  
quantum potest aliorum cōuersioni incumbit. *Quis Psal.*  
*consurgat mecum aduersus malignātes, aut quis stabit me-*

cum aduersus operantes iniquitatem?

Summa, intellectus & voluntas plane ipsimuta sunt: quod probabat antea, nunc improbat; quererat antea, nunc peste morteque peius oditum antea capitaliter oderat, modo est. Atim amare plane aliam iam viam ambulat. Eundem esse vares, ita sensibus, ita affectibus, ita moribus, ita animis mutatus est. O lata patri eius nuntia.

Ita & nobis agendum dilectissimi si penitentemus; in hoc te exemplo, in hoc te speculo, in h. Prodigio inspice; quem Christus Iesus ut forma proposuit, certumque ad Deum credendi modum.

D. Augustinus de Pœnitentia.] Actio pœnitentia tunc erit perfecta, & Deo acceptabilis, si ascenderit homo ad uersum se tribunal mentis sua; & constituerit se ante faciem suam, ne hoc ei postea fiat, sicut comminatur Deus peccatori. Atq; ita constituto in corde iudicio, adsit accusatrix, cogitatio, testis conscientia, carnifex timor, inde sanguis anima confitentis per lachrymas profluat. (Vbi nota pulchri dixisse Augustinum lachrymas anima sanguinem.)

Nonne haec nominata illa peccatrix Magdalena fecit? nonne bellum in se connovit? quando per utrumque oculum, duo ista fulgida lumina (quibus tot adolescentulos oppugnauerat, tot spiritus exacerbauerat, tot animas occiderat, sicut aspectu Basiliscus) Oceanum emisit lachrymarum, inundauit stratoria, tota in feruidas diffusa lachrymas, publice in conuiuio, in domo Simonis leprosi. Quandocunque & crispanti capillitio (quo tanquam rei & cassibus tot corda inuoluerat) Sudarium fecit, non ut Veronica, ad extergendam Iesu Christi faciem; sed ad extergendos pedes, pedes nunquam calceatos, & proinde bene puluerulentos, bene lutosos? Pedes antea ploratu rigatos, & proinde bene sordidos? Quando roseo ore (quod osculis, cantionibus, animas ante deprædabatur, inficerat, necauerat, basians Sapphice, loquens dulce, spirans aromaticæ) tristis iam dominini osculabatur pedes, & terram sacris vestigiis cœtam, & omnium forte pedes conuinatum? Quod od-

*Luca 7.*

do odorata vnguenta, & aromata ( quorum suauitatem magnam ad se turbam traxerat amantium, sicut Panthera alias suavi afflato allicit bestias, *Curremus modorem vnguentorum tuorum* ) in benedictum totius mundi caput profudit, quo alias consueverat perugere suum. Cum denique eisdem membris, eisdem brachiis ( quibus tantopere impugnauerat & diuerberauerat Deum, & animam suam sub Diaboli stipendiis saudauerat) pro Deo, pro anima, contra Satanam cœpit deprecati. Quod Noster etiam S. Franciscus, quando agere cœpit pœnitentiam, suis bellum indixit opinionibus, actionibus, affectibus: sentiens, amans, agens, plane contraria quain ante conversionem. Audiamus ipsum si placet loquentem, & credamus: testam entem enim hoc ipsius est, in morte, aut saltem non dum ante mortem conditum, post accepta Iesu Christi stigmata. Dominus dedit mihi Fratri Francisco incipere facere pœnitentiam: quia cum essem in testam. Sed peccatis nimis mihi videbatur amarum videre leprosos, & Francisci. ipse Dominus cōduxit me inter illos, & feci misericordiam cum illis. Et recedente me ab ipsis, id quod mihi videbatur amarum, conuersum fuit mihi in dulcedinem anima & corporis.

Sic, sic etiā m. S. Paulus rem instituit, qui deserens syagogam, & Christum sequens, omnia faciebat primis operibus contraria. Nam ex Christianorum infestissimo persecutore factus eorum Patronus, ex lupo agnus, ex fure & raptore dispensator. *Beniam in Genes. 42.* lupus rapax, mane comedet predam, vesperi diuidet spolia (vesperi postea:) Ex destructore ædificator, ex eradicatore planter, ex Iudeo Christianus, Iudaismi hostis infensissimus. *Paulus autem magis conualescebat, & confundebat Iudeos, affirmans quoniam hic est Christus. Actori.* Hoc, hoc est facere fructus dignos pœnitentiarum, quos S. Ioannes Baptista magnus præco pœnitentiarum, exiguit. Faciamus & nos dilectissimi, Faciant sic & nostri hæretici, deserant castra hæreticorum, redeant ad ordines & signa Ecclesiæ, sibi ipsis bellum moueant, palinodiam canant, dedoceant quæ docuerūt, recantentes

tent errores quos cecinerunt, & linguas & calam  
& eloquentiae suae arma, ad haeresis sui exterminii pericula  
conuertant. Imitentur S. Augustinum suos prius in patens  
pugnantem Manicheos, adiiciant animos ad nobis quia a  
randam doctrinam Catholicam, ad reducendos  
seduxerunt, aut quod pareat, alios aequa perimun-  
ne in locum ipsorum Deus nobis gratiam illa-  
ciat, ut sic omnes conuertamur.

## CONCIO NONA.

- |                 |                                     |
|-----------------|-------------------------------------|
| <i>Graeca.</i>  | 7. Eis εαυτον δε ελαγχω ειμι.       |
| <i>Vulgata.</i> | 7. In se autem reuersus, dixit.     |
| <i>Syriaca.</i> | 7. Quumq[ue] ad se redijisset, ait. |

## ARGUMENTVM.

- |  |  |
|--|--|
| <i>Dicemus</i>                           | 1. Hominem esse admodum in negotiis incon-         |
|  | stantem, maxime in rebus salutis.                  |
|  | 2. Totum mundum in duas diuidi ciuitates<br>hodie. |
| 3. Quod homo partes & Principes sepe mu- |  |
|  | ter.   |

## AVE.

## I.

Hominem esse admodum in negotiis inconstantem,  
maxime in rebus salutis.



Alludit Au-  
tor hoc ver-  
su ad illum  
Tibulli lib.

1. Eleg. 4. so-  
net, æque viuidus, æque vegetus, æque fortis, æ-  
lis æternæ que prudens, nihil patiens, nec crescens, nec decr-  
est Phæbo, scens. Ego Deus (inquit per Prophetam) & non mutu-  
Bacchoque immortali florens æternaque iuuenta. Consilium m-  
iuuenta. stabit, & omnis voluntas mea fiet.

Vm mille inter Deum & homines  
discrimina sint, Auditores præcipuum  
tamen mihi esse videtur essentia &  
voluntatis ipsorum constantia atque  
inconstantia. Deus enim secundum  
esse & velle, suum semper idem ma-

Hon